

## SCHEMA DI REGESTO

### **PERGAMENA N. 6**

COLLOCAZIONE:

SERIE:

DESCRIZIONE ARCHIVISTICA:

ESTREMI CRONOLOGICI:

CONDIZIONAMENTO:

SUPPORTO:

DIMENSIONI:

NUMERO DELLE CARTE:

NOTE:

Comune di Atessa- Archivio storico

Fondo pergamene n. 6

Integrazione della terra di Atessa nel  
Demanio regio con il pagamento annuale  
Di 100 once

29 gennaio 1305

Contenitore di ferro

Membranaceo

Altezza 36 Larghezza 46 Diagonale 59

1

Pergamena munita del cordoncino che

Sosteneva il sigillo

SUNTO:

Napoli, 29 gennaio 1305.

Il Re Carlo II, revocato prima il dotario o terziaria sulla terra di Atessa a favore di Margherita di Corbano, moglie del defunto signore locale Rimario di Miromonte, del valore stimato di 40 once, separa espressamente la terra di Atessa dal comitato teatino e la integra nel demanio regio con il pagamento annuale di 100 once d'oro.

TRADUZIONE:

- 1 Karolus secundus Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii comes, universis presentis indulcti seriem
- 2 inspecturis / tam presentibus quam futuris. Si regale fastigium subiectis presidens de innata sibi dulcedine supplicoium petitiones clementer exaudit, ad illas maxime
- 3 sue benignitatis intuitum debet inclina/re clementius que supplicantibus complacent et rei publice utilitatibus conrespondet. Sane fidelium nostrorum terre Atisse de iustitiariatu Aprutii citra flumen Piscarie oblata nostro culmini
- 4 pe/ticio continebat quod, cum terra ipsa de comitatu theatino extiterit hactenus, licet per speciale concessionem nostram de ipsa factam quondam Aymario de
- 5 Miromonte, pro valore annuo un/ciarum auri centum ab eodem comitatu fuerit separata, domini comitatus eiusdem, qui fuerunt pro tempore et subsequenter
- 6 Dictus Aymarius, homines ipsos gravibus affecerunt iniu/rijs tractaverunt Immaniter et infeste sunt eos contra fax et debitum persecuti. Propter quod Maiestati nostre cun humilitatis spiritu devotius supplicarunt ut ad removendum
- 7 Decetero / ipsas eorum iniurias et persecutions infestas aliaque onera, quibus Vassalli baronum frequentius et molestius opprimuntur, terram ipsam cum

8 Casalibus et pertinentijs suis a comunione et proprie/tate comitatus eiusdem  
Separare perpetuo et retinere de nostro demanio de regalis auctoritatis presidio  
Dignaremur. Nos igitur de huismodi persecutionibus et pressuris varijs hominibus  
9 / ipsis ut prefertur illatis, habentes conscientiam, satis certam eisque propterea pio  
ac dominico compatientes affectu, fisci quoque comodum et augmentum, ex  
10 quibus nostre rei publice curas / supportamus et gerimus, provvida i hoc  
consideratione pensantes, ipsorum hominium supplicationibus inclinati, revocato  
11 prius ad manus nostras dodario seu terciariam in eadem terra Ati/sse per prefatum  
quondam Aymarium Margarine de Corbano uxori eius nuptiarum tempore  
costituto, quod quidam dadarium seu terciariam eidem muliebri per modum  
12 equi/valentis excambij duximus in uncijs quadraginta prout subscribitur singulis  
annis percipiendis in terra ipsa dum vixerit statuendum, memoratam terram Atisse  
13 nostrisque / casalium hominibus, honoribus, districtibus, nemoribus, silvis,  
forestis, pascuis, aquis a[quarumque decu]rsibus Turono, Viridario, Vinea,  
14 Rigatello Pilis tenimentis, pertinentiis ac omni/bus aliis iuribus terre et casalium  
Eorundem, secundum quod domini comitatus eiusdem et ipsius terre Atisse<sup>1</sup> qui  
15 Fuerunt pro tempore et subsequenter post eos Aymarius supradictus ratio/nabiliter  
Hactenus tenuerunt, a comunione, iurisdictione, proprietate, connexione et  
Contribucione dicti comitatus theatini perpetuo separantes et eximentes expresse  
16 Ipsam terram dicta/que casalia cum hominibus et iuribus alijs predistintis in nostro  
Peculiari demanio et immediato dominio pro nobis et nostris heredibus ac  
17 Successoribus imperpetuum de certa nostra scientia / providimus et illibate  
Decernimus retinere. Ita quidem quod homines dicte terre, retentis et percipiendis  
18 Deinceps per ipsos [p]ro eis vel per alios eorum nomine seu mandato fructibus,  
redditibus, obvencionibus et proventibus omnibus ex illa eiusque demaniis,  
territoriis et districtu annis singulis obventuris, uncias auri centum ponderis  
19 generalis, pro quo valore / in regestris nostre curie terra ipsa describitur, et aliis  
hactenus est concessa, annuatim per competentes terminos camere nostre solvant,  
20 sicut et ipsius terre syndici, plena quidam ad /hoc protestate suffulti, nobis tam  
legiime quam efficaciter promiserunt; de quibus centum uncijs prefate Margarite  
21 dum vixerit, in recompensationem dicti sui dadarij ut pre/mictitur revocati,  
quamquam iuxta ratam terziarie pro eodem dodario debite, uncie auri triginta tres  
22 et tertia contigant dumtaxat tandem, actento tamen quod eidem mulie/ri non licet

---

<sup>1</sup> In realtà c'è un buco nella pergamena ed è leggibile solo la lettera "e" finale.

in eadem terra iam facta demanium habere vel retinere vassallos, qui profecto  
23 fuissent ei aliquatenus fructuosi, integras annuas uncias auri quadraginta / prefatas  
providimus exhibendas. Dignum quidem censemur et providum, si subiectorum  
nostrorum oneribus oportune prospicimus et fisci nostri comoditatibus utiliter  
24 providemus, / iuribus alijs, que in ceteris demanij nostri terris curie nostre  
competunt nobis et nostris heredibus reservatis. In cuius rei testimonium, futuram  
25 memoriam et cautelam dictorum hominum perpetuo valitaram presene indulti  
scriptum eis exinde fieri et aurea bulla nostre maiestatis impressa typario iussimus  
26 communiri, alio consimili sub pendentib; eiusdem maie/statis sigillo cereo concesso  
27 similiter ad cautelam. / Datum Neapoli per manus Bartholomeum del Capua militis,  
28 logothetere et prothonotarii Regni Sicilie anno domini millesimo trecentesimo  
quinto, die vicesimonono ja/nuarii tertie indictionis regnorum nostrorum anno  
vicesimoprimo.